



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De errore qui ponit animas de semine traduci vt corpora. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

Sequitur de errore illo, qui ponit animas seminari vt corpo-
 ra, id est, cum semine traduci decisione facta ab anima sicut
 & à corpore. Cōtra quem primo est quod legitur Genes. 2. Hoc
 nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, ait Adā per Spiri-
 tum sanctū. Si esset anima de anima sicut os de osse, & caro de
 carne, debuit hoc Spiritus sanctus dicere. Vnde glosi. Aug. super
 prædictum verbum: Si aliud inquit, fiebat in fœmina quàm in
 viro, vt à carne animata anima ei⁹ duceretur nō sicut viri, aliū
 de corpus, aliunde anima, quod aliter fiebat scriptura facere
 nō debuit, nec ita factū putarem sicut iam didiceramus: quia
 ergo non dixit, ex anima viri factā animā mulieris, innuit nihil
 aliud putādum quàm quod de viro fuerat dictū, scilicet, inspi-
 ravit in faciem eius spiraculum vitæ. Gen. 2. secundum gl. Aug.
 Inspirare est flare, vel sufflare. Flare verò hic dicitur flatum fa-
 cere, id est animam facere. Item legitur Eccl. 12. Antequā reuer-
 tatur pulvis in terrā suā vnde erat, & spiritus redeat ad illum
 qui dedit illum Et Esa. 57. Flatus ego faciā. Et Arist. in libr. de
 Animalibus, dicit q̄ solus intellectus diuinitus ab extrinseco
 provenit. Præterea cum anima rationalis immortalis sit, nō est
 corruptibilis per corporis corruptionem: ergo non est genera-
 bilis per eius generationem. Sicut enim se habet generatio ad
 generationem: sic corruptio ad corruptionem. Item cum anima
 simplex sit, nō potest anima ab alia esse per decisionē: sicut cor-
 pus per decisionē est à corpore. Itē si anima seminatur cum cor-
 pore, cum irrita fluunt sine cōceptibus semina, quomodo perit
 anima immortalis? vt ait Aug. ad Optatum. Itē corruptibilibus
 substantiis quæ non possunt conseruare speciem suam in se, spe-
 cialiter datum est multiplicare speciem suam, vt sic conseruetur
 in alio. Ergo cum anima rationalis non sit corruptibilis, nō est
 hoc datum ei: ergo non est anima rationalis ab anima. Itē pro-
 pinquissimum æternū est perpetuum: ergo cū anima rationalis
 perpetua sit, immediate ipsa est à Deo, qui æternus est. Nō vide-
 mus aliquā substantiā perpetuā cui pura creatura cōferat esse
 ergo nec animæ rationali conferet. Itē potentia creandi solius
 Dei est, vt prius ostēsū est: anima verò rationalis per creationē
 est, ergo à solo Deo est. Quod anima rationalis per creationem
 sit, ostendi potest sic: Aut anima rationalis ex nihilo est, aut ex
 aliqua materia præexistente. Si ex nihilo, ergo per creationē. Crea-
 re enim est aliquid facere ex nihilo. Si vero est ex materia præ-
 existente,

existenti
 enim n
 tualis e
 corpore
 quæ est
 posito
 aut viu
 tia inco
 tur sub
 vel Deu
 est inco
 ex ea an
 ex ea an
 ria anim
 Si verò
 Prætere
 quod ip
 lis subst
 les subst
 illa virt
 ctionem
 anima i
 turis, &
 teria pr
 à solo D
 efficien
 bitrium
 cogit erg
 go Den
 De qua

Sequi
 cessi
 naturar
 bitu in
 homine
 re, cum
 quum s
 vigeni
 vel qual
 imò ali

existente, materia illa necessariò erat sub aliqua forma. Cùm enim materia corporalis non sit sine aliqua forma, nec spiritalis erit sine aliqua forma: ergo vel erat corporea, vel nõ erat corporea. Si corporea erat, nõ poterat ergo ex illa fieri anima, quæ est incorporea substantia: simplex enim non sit ex composito, nec compositum ex simplici. Si verò erat incorporea, aut vivebat, aut non vivebat. Si non vivebat, erat ergo substantia incorporea non viuens, quod falsum est: nulla enim inuenitur substantia incorporea non viuens. Si verò vivebat: ergo erat vel Deus, vel angelus, vel anima, vel animal, vel planta, quod est inconueniens. ¶ Item materia illa rationalis erat antequam ex ea anima fieret, aut non. Si nõ, sed facta est rationalis, quum ex ea anima facta est: ergo habens vitam irrationabilem materia anima erat, quid ergo à pecoris spiritu distabat? ut ait Aug. Si verò erat rationalis, ergo iam vel angelus, vel anima erat. Præterea si esset spiritalis materia, sicut corporalis, oporteret quod ipsa esset continua existens, vbicunque est aliqua spiritalis substantia: vel quod tot essent materiae, quot sunt spiritalis substantiæ, quum ipsæ sint separatæ abinuicem. Præterea quum illa virtus animæ quæ dicitur intellectus, operetur per abstractionem à materia, ipsa virtus immaterialis est: ergo & ipsa anima immaterialis est. Operatio enim sequitur naturam virtutis, & virtus naturam substantiæ. Nõ est igitur anima ex materia præexistente, sed ex nihilo: ergo & per creationem, & ita à solo Deo. ¶ Item potentia rei effectæ subiecta est suæ causæ efficienti: potentia verò animæ rationalis, scilicet liberum arbitrium, nulli puræ creaturæ subiecta est, quum à nulla possit cogi: ergo nulla creaturæ pura causa efficiens eius est. Solus ergo Deus creator est animarum, ut fides catholica asserit.

De quinto errore qui ponit Christum non habuisse veram humanam naturam.

CAP. XVII.

Sequitur de quinto errore, qui ex errore Manichæorum processit: qui ponit Christum non habuisse veram humanam naturam. Cui errori occasionem dedit illud Philippen. 1. Et habitu inuentus ut homo. Ex hoc enim inferunt Christum fuisse ut hominem, & non verè hominè. Sed simili ratione possunt dicere, eum fuisse quasi vnigenitum Patris, & non verè vnigenitum, quum scriptum sit Ioã. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Ideo potius dicendum est, quòd hæc dictio, ut vel quasi, non semper est nota improprietatis vel similitudinis: imò aliquando expressiua est veritatis, ut in verbis prædictis.

Deder